UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Processus iudiciarius panormitani

Johannes <Urbach>

Parisius, Millesimo quinge[n]tesimo octauo

Reuocatio interlocutorie.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70756

Visual Library

ta non poteſt vlterius reuocari ꝑ illum met iudicē etiā de conſenſu partium vt eſt glo. ſingularis in. l. ſi diuerſa. C. de trāc. Concludēdo tñ ibi tenēt doct. ꝙ omīs interlocutoria mutari poteſt ex cauſa ſine cauſa non maxime poſt. x. dies ſine volūtate partis pro qua eſt lata vñ ſi iudex ſine cauſa iuſta interlocutoriam reuocat poterit appellari. Formas autē diuerſas reuocationis interlocutoriaꝝ ponit guil. in ſpe. de excep. §. viſo quia poteſt ſic dicere iudex.

¶ Reuocatio interlocutorie.

Nos talis iudex. ꝛc. quia ī cauſa tali. ꝛc. ꝑdīc ſuper tali exceptiōe ꝑ talem reum oppoſita ꝑnūciamus interloquēdo eādem exceptionē nō eſſe admittendam: vel cōtra talē ſic ꝓceſſimus ꝛc. Habito poſtmodū cōſilio peritorū inuenimus nosipſi grauaſſe vel indebite cōtra eū ꝓceſſiſſe idcirco vſi conſilio ſaniori interlocutoriam ipſam vel ꝓceſſū huiuſmodi expreſſe reuocamus. Quidā tamē iudices erubeſcentes factū ſuū reuocare ſic dicūt. nos talis iudex ꝛc. Si te talē in aliquo grauauimus illud reuocamus. Sed talis reuocatio dubia eſt conditionalis et īcerta ⁊ non admitenda: vñ appellās nō obſtāte tali reuocatione nichilominꝰ inſiſtere poteſt executioni ſue appellatiōis ſi pura non ſit reuocatio. Quidā etiā iudices ſic dicunt: frater ſi te grauauimus in aliq̄ ſumus parati reuocare illud de cōſilio ſapiētū et prefigimus tibi talē terminū ad cōparēdū infra quē volumus plenius deliberare. Et dicit guil. vbi ſupra ꝙ hec forma ꝓbatur in ca. ad apſtolice de re iudi. li. vi. Ꝟ. eratq̄ parata. Glo. c. cum ceſſante de appel. dat aliam formā interlocutorie

reuocatiōis grauaminis: vt ſi iudex dicat nō credo te grauaſſe ſed ſi grauaui te in aliquo illud reuoco. Sed iſta forma q̄ duo mēbra ꝯtinet quo ad vtrūq̄ nō eſt ſana qꝛ in pꝛīcipio docet mētiri/ qꝛ poteſt eē ꝙ iudex contrariū credat. Et ꝓpter tales cautelas vel doctrinas videndū eſt quod notat guil. in ſpec. de excep. §. pe. in vlti. colū. Quo ad ſecūdū mēbrū eſt conditionalis ꝛ īcerta. vt. ſ. dixi Unde Hoſt. dat talem formā videlicet vt ſic dicat iudex ad eū cōtra quem lata eſt ſententia interlocutoria. Tu dicis te grauatum ꝑ talem interlocutoriā quod nō cōfiteoꝛ ego tamē reuoco tue ſatiſfaciēs volūtati ne de iure ſaltē conqueri poſſis. Et ſimilis alia forma tradit̄ ca. niſi ſpecialis. de auctoritate ꝛ vſu pal. Et q̄ꝺ dicit iudex in reuocatione q̄ꝺ nō confiteoꝛ caute dicit̄ quia ꝑ hoc nō ſequit̄ ꝙ neget ſe grauaſſe. Et aliq̄ iudices conſueuerunt ſtatuere terminū appellanti ad docendū de grauamīe/ ſed ab hoc ipſe appellās non tenetur de quo in. c. ſi a iudice/ de appel. lib. vi.
¶ Additio. ¶ Sꝫ an reuocatio grauaminis poſſit̄ fieri ꝑtibus nō vocatis gemi. in. c. ſi a iudice de appel. li. vi. tenet ꝙ nō ymo debet fieri partibus pn̄tibus vel ſaltim ad hoc vocatis: alias poſſet iudex illudere appellāti reuocādo ꝑuamē in eius abſentia ꝛ ſi forte reuocauerit ignorāte appellāte. debebit ſibi hm̄oi reuocatio intimari quo ad hoc vt ꝓcedere poſſit iudex a quo. Et ſic eſt finis.

¶ Sequitur tertia pars de ſn̄ia diffinitiua.

¶ Nūc ſequit̄ de ſn̄ia diffinitiua ꝛ pꝛīo q̄d ſit ſn̄ia.

Nunc videamus de tertia ꝑte oꝛdinis iudiciarij: ſcilicet de ſententia ꝛ illis que eā ſequunt̄